Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

cencia et margareta dixerunt. Iam diximus quia christia
ne sumus. et non timemus. quoniam nobiscum est dominus
ihesus christus. Audiens hec iudex iratus est ualde. et iussit
eas nudas in lecto prosterni et ignem subponi. et car
bones uiuos desuper aspergi. Et cum hoc carnifices fa
cerent. sancte uirgines dei cum ingenti clamore leua
uerunt oculos in celum dicentes. Miserere nobis
domine ihesu christe. quia propter te mortificamur tota die.
deputate sumus ut oues occisionis. Et dum ora
rent. hora eadem apparuit eis dominus ihesus christus stans
ante lectum. Ne inquid timeatis quoniam uobiscum
sum. et malum uobis non erit. minas autem serpen
tis ne timeatis. Et mox ignis extinctus est. et manus
ministrorum aruerunt. Et uise sunt uirgines sicut
nix. et omnes qui aderant mirati sunt. Tunc sancte
dei uirgines una uoce dixerunt. Gratias agimus tibi
domine ihesu christe. amator bone conscientie. qui te ip
sum nobis in hac hora nostre supplicationis ostendisti. et
liberasti nos de malo operario isto. Quare petimus
domine ihesu christe ut nobiscum sis in tribulatione nostra.
Tunc tyrannus uociferabatur dicens. Heu me con
uincor ab infantulis his. Ecce enim omnia tormen
ta eis imposui unum super est. iubeo talos earum tere
brari. et crastino in amphiteatrum presentari. Alio
autem die tyrannus cum in amphiteatro consedisset.
conuenit multitudo populi ad spectaculum. preceptumque
ut omnes fere super eas dimitterentur. quas beate
uirgines in medio amphiteatro prestolabantur. Et
omnes fere impetu uno dimisse sunt ad eas. Aspi
cientes autem inuicem fere in uirgines. lacerabant
se contendentes que prima ueniret et adoraret
pedes earum. Et inclinantes se lingebant pedes
earum. et non discedebant donec unicuique manus in
ponerent. Videns hec iudex quod eas fere non nocue
runt. ualde mirari cepit. et uniuersus populus cla
mabat. Mag[illegible]o ip[illegible] nus est deus christianorum. Tunc unus
ex officio presi[illegible]alium[illegible] di[illegible] ait. hoc ad laudem pertinet
christianorum. si gladio eas finiens. Audiens autem iudex
iussit eis sentenciam recitare. Vincenciam et mar
garetam rebelles qui deos nostros sacrificare nolu
erunt. et principum iussa contempserunt. gladio ani
maduerti placet. Sancte uirgines dixerunt. Deo gratias.
Cumque spiculator uenisset. iussit eas foras urbem
capite plecti. et capita earum ea sibi abscisa perduci.
Et cum [illegible] abscidissent. capita puellarum. una
cum spiculatore. et iudici attulissent. mox ceci ef
fecti sunt. Sed dum capita earum corporibus reddi

dissent. lumen eis ut ante restitutum est. Audiens
autem hec iudex iussit corpora earum in campo custo
diri triduo. ut ab auibus bestiisque consumerentur.
Angelo autem dei protegente non sunt contaminate. nec
mutatus est color corporis earum. et super pectora earum
columbe due. consolantes eas. Custodie non nuncia
uerunt iudici omnia que acciderunt. et iudex
nunciauit omnia eusebio cuius locum faciebat.
Eusebius autem audiens hec. mandatum dedit. ut
a christianis corpora sepelirentur. Et uenientes christiani.
cum linteaminibus et aromatibus sepelierunt eas in
cymiterio uno. ubi multa mirabilia fiunt usque
in hodiernum diem. in nomine domini nostri ihesu christi. cui
est honor et gloria in secula seculorum amen. Passio sancti Zenonis martiris.

IN DIEBUS galieni imperatoris
in prouincia italia erat zeno beatus sedens in
monasterio in secretiori parte oppidi ueronen
sis. continuis ieiuniis et crebris orationibus
a domino petens. ut se dignaretur aditum predica
tionis in populis aperire. Denique ad conuertendas
in christi amorem animas hominum. de die
in diem deditus erat. Reuera quia in ipso spiritus sanctus
doctor erat. Ita quoque in sermonibus affabilis erat. et in
mansuetudine et in habitu mitis. ut deus in ipso lauda
retur ab hominibus conuenientibus ad se. et ita alacres ut
mox relictis ydolis domino ihesu christo crederent. [illegible] a
Pridem uero tempus cum iuxta ciuita[illegible]tem ue
ronam que in proximo [illegible] erat itinere egredi
ens idem uir dei [illegible] a monasterio in fluuio athe
si piscationem [illegible]dum ageret. erectis oculis sur
sum. uidit e con[illegible]tra quendam hominem plaustro
sedentem bubus sub[illegible]iunctis mergi in flumine.
Tanta enim uelocitate [illegible] ferebatur. ut omnibus
demonstraretur. diaboli [illegible] arte fuisse gestum.
Et quidem sanctus uir eleuans [illegible] oculos dum uidisset.
cognouit hoc factum diabo[illegible]li esse. eleuataque sur
sum manu fecit sancte crucis signum frequenti ui
ce dicens. Reuertere retro satanas. ne perimas ho
minem quem deus creauit. Quo signum diabolus ut uidit
euanuit uelut fumus. ita ut clamoribus et stridore ne
fando quasi de alta rupe irrumperet dicens. Et si quidem
nunc me non permittis hic animas hominum lucrari.
tamen paratus sum in notas patrias que circumquaque
sunt ire ad impedimentum tuum. Tunc sanctus dei zeno ait.
Non permittet te dominus agere aduersus seruum suum ali
quid. tamen certa quod uis. His ita dictis. cum ulula
tu et clamore discessit. festinans uero demon ingres

aliquid

25